

CANCELL.  
MARTIS B.  
1718.



IX. B. 5. 100

53.

~~X. 5. 100~~

XXIII. 9. a



DISSERTATIO JURIDICA

De

# JURE NOBILITATIS ET VERA INGENUITATE,

*Quam*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

## DN. FRIDERICO WILHELMO,

REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS ET PROVINCIARUM BRANDENBURG. HEREDE, &c. &c.  
IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

## DN. HENRICO BODINO,

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI REGIS BORUSS.  
CONSILIARIO ECCLESIASTICO IN DUCATU MAGDEB.  
PROFESSORE JURIS ORDINARIO  
CELEBERRIMO,

PATRONO, PRÆCEPTORE AC COGNATO SUO  
LONGE ESTIMATISSIMO,

Die Februarii A. C. M. DCCIV.

horis antemeridianis

IN AUDITORIO MAJORI

Placidæ Eruditorum disquisitioni submittit

Justus Felix de Breitschwerdt  
von Ehningen / Nob. Suv.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis JOHANN. GRUNERI, Acad. Typogr.





DISSERTATIO IURIDICA  
DE  
IURE NOBILITATIS  
**PATRONIS**

**ET**

**PARENTIBUS**

**SACRUM.**





J. N. D. N. J. C.

THES. I.



N univēsa ab Omnipotente Crea- *Mundus stu-*  
 tore condita stupenda mundi ma- *pendo suo or-*  
 china, singula existentia in admiran- *dine subsistit*  
 do ordine ad conservationem toti- *& conservat-*  
 us, ejusque partium collocata esse, *tur.*  
 nemo non, nisi Divinarum rerum  
 expers, fateri cogitur; qui ordo ina-  
 nimatis ut & non intelligentibus

ad certos motus aliosvè effectus impressus, vel genera- *Qui ordo in*  
 li naturæ, vel instinctus naturalis nomine, venire con- *non intelli-*  
 suevit: Intelligentibus verò, facultate hunc ordinem *gentibus vo-*  
 ac in illo cujusque officium cognoscendi concessâ, si- *catur na-*  
 mul spontanea ejus observatio attributa est, ita, ut sine *tura.*  
 impedimento ea, quæ naturæ ipsorum conveniunt, li- *In intelligen-*  
 berè agere possint, unde libertas, rectè naturalis facul- *ribus libertas*  
 tas prædicatur in §. 1. *Instit. d. Jur. N. G. & Civ.* E contra, *naturalis,*  
 quemadmodum in statu naturali nihil sine extrinseca  
 vi & sine aliquâ quasi reluctancia ex ordine *seu turba-*  
 tur; sic in statu morali libertas, ea, quæ naturæ ipsius *Cui opponi-*  
 conveniunt nec ne, agendi vel omittendi, ab aliquo *tur servius,*  
 super-



supervenienti restricta, alterum contra voluntatem suam extra proprium bonum movet, quod servitatem primævo naturæ ordini contrariam vocamus Vid. §. 2. *dict. Tit.* Unde, dum per concupiscentis carnis peccaminosam hominum propagationem, corrupta caro, commotione appetituum carnalium, libertatem spiritus ea eligendi ac liberè exequendi, quæ naturæ ipsius

*Quid servitutum peccati.* in perpetuum ejus bonum conveniunt, superavit; Servitutum peccati, cui omnes homines, unico excepto, contra primævam ipsorum naturam subjecti sunt, introductum est: ex quo non nisi vi altiori novaque generatione liberari, ac verè liberrati, si non in omni gradu intrinsecarum commotionum, ad effectum tamen executionis & obtemperantiæ, restitui possunt. De qua spirituali servitute & restituenda per meritum Salvatoris ingenuitate, fundamento omnis pietatis ac religionis, Theologis tractationem relinquimus. Illud tantum Juridicæ disquisitioni reservantes, quomodo inter homines peccatores, Cainitica Civitate seu republica, contra aliorum pravos insultus erecta, ad vitanda majora mala, libertas externarum actionum proprium bonum appetendi, humanis constitutionibus in aliquibus restricta sit, unde variæ servitutum species ortæ sunt. *dict. §. 2.*

*Unde servitutus civilis seu Gentium.*

THESES. II.

Cum enim respublica nihil aliud sit, quam ordo civitatis, ad commune liberè coeuntium bonum introductus; talis autem ordo, sine personarum distinctione non excogitari, nedum existere possit, illi quidem, qui ad propriam communemque salutem spontaneo motu imperio tantum subjiciuntur, unâ cum imperantibus, eundem finem respicientibus, in libertate

*Quinam in Republ. proprie sint liberi.*



te civili constituti sunt: è contra illi, qui se & actio- *Quinam sint*  
 nes suas, non tantum pro communi salute, sed etiam *servi?*  
 ad privatas utilitates, alieno arbitrio submittere co-  
 guntur, servilem conditionem sequuntur. Ut sic con-  
 tradictionem in adjecto involvat, ingenuum & civem  
 Romanum esse, & facultatem in proprium commo- *Horum di-*  
 dum actiones privatas dirigendi, quatenus publicæ *versi sunt*  
 salutis non contrariantur, aliisque concessæ sunt, non *gradus.*  
 habere, sed circa talia ab alicujus privati dominio  
 dependere; unde illi, qui quidem ad certas operas *Libertini*  
 alteri obstricti, non tamen in totum alieno dominio *quamvis ser-*  
 subjiuntur, sed in tantum in liberali statu sunt, ut ali- *vi non sint,*  
 quando pro commoditate propria acquiescere, ac va- *non tamen*  
 letudinis & honestatis suæ rationem habere possint, *absolutè sunt*  
 sub denominatione libertorū ingenuis contradistin- *liberi.*  
 guuntur *l. 26. pr. ff. de oper. libert.* qui ad certas diur-  
 nas operas patrono obligantur *l. 1. & tot. Tit. ff. de oper.*  
*libert.* quamvis iisdem negotiationes, propriæ utili-  
 tatis causa instituendæ, non denegentur. *l. 2. ff. de Jur.*  
*Patron.* & licet quidam ad privatum alterius commo-  
 dum, operas quasdam præstare planè non tenean- *Libertini pa-*  
 tur, si tamen vel ipsi vel parentes eorum, libertatem *tronis obstri-*  
 alterius beneficio debent, illi in tantum libertorum *cti ad reve-*  
 conditionem sequuntur, ut benefactori suo, tanquam *rentiam.*  
 Patrono, ad reverentiæ cultum, ne unquam ingrati  
 vel inofficiosi inveniantur, obstricti sint. *l. 3. in fin.*  
*junct. l. 1. & l. 19. de Jur. Patron.*

THES. III.

Per tale, à magna caterva libertorum alicui de- *Unde Roma-*  
 bitum obsequium, reverentiam, comitarum &c. simul *norum Nobi-*  
 etiam per singularia in rempublicam merita, tales *litas orta.*  
 patroni inter alios **NOSCIBILES** redditi, & indè tan-  
 dem



dem Nobiles appellati sunt. Cùm enim multitudo libertorum alicui non aliter, quàm multorum mancipiorum manumissione, horum verò ingens numerus vix aliis, quàm potentibus belli ducibus horumque liberis & successoribus, contingere potuerit; ideo finè propria vel majorum singulari virtute, meritis ac potentia, tale Nobilitatis diadema acquiri non poterat. Equidem vix est ut ex antiquitate vel Romana vel Germanica dilucidè tradi possit, quomodo Nobilitatis, singulare ab aliis civibus, discrimen introductum sit, & quis propriè Nobilis dicatur; non tamen dubitandum, quin illi, quorum res gestæ, virtusque aut fortuna, magnam alicui parârunt famam, inter alios *NOSCIBILES* redditi, ac indè Nobiles appellati fuerint. Vid. Calv. *lex. Jurid. voce Nobilis*. Hippol. à Coll. in *tract. d. Nobil. §. 9.* Sic hostem ferire, murum transcendere ac in eo conspici, dum tale facinus facere properabant, per quod divitias, bonamque famam magnam comparabant, Nobilitatem putabant, inquit Sallustius.

*Nobilitatis  
discrimen ab  
aliis civibus  
vix demon-  
strari potest.*

THESES. IV.

*Nobilitas vir-  
tutis contra-  
bita.*

Quemadmodum verò virtute ac potentia *NOSCIBILES* Nobiles denominantur, sic quoque vitiis excellentes nobiles vocatos invenimus, ut Nobile scortum, Nobilem Scurram vel latronem, & clade Romana Nobiles Cannas legimus; Calvin. *d. loc.* non quidem quòd vitiis laus ac præmium parari possit, quemadmodum *CNEUS FLAVIUS* Tribunus plebis à Populo Romano & Senator & *Ædilis* Curulis factus, ob surreptum actionum librum, per quòd tota Respublica confundebatur; sed quòd insignes malefici, eo ipso inter alios noscibiles redditi sint, per-

petu-



petuumque sibi comparaverint nomen; exemplo  
 Heroftrati, qui Dianæ Templum incendit. Quæ ta-  
 men Nobilitas nullum, præter duriozem pœnam, in  
 jure meretur effectum. §. 6. *Inst. d. J. N. G. & Civ.*

THES. V.

Revera Nobiles autem hi sunt, quorum nomen *varie deno-*  
 vel Familia ob singularia in rempubl. merita clarior, *minationes*  
 omnibusque ita notior: quos hebræi variis, naturam *Nobilium.*  
 Nobilitatis optimè exprimentibus, vocabulis deno-  
 minârunt. Vid. *Lex. Calepini.* In specie אֲצִילִים Atzilim  
 vel חֹרִים Chorim h. g. Optimates, Principes Illu-  
 stres, liberi & ingenui vocati. Germanicè: *der Adels-*  
 cui conforme est Græcum ἀδελφισ, quod bene me-  
 ritum significat; vid. Georg. Vechner. in *Discurs. d.*  
*Nobil.* Andr. Helwig. in *orig. ling. Germ. voc. Adels.* Apud  
 Romanos Veri Nobiles alias Senatores aut Patritii  
 vocabantur; Posterius quoque illorum, qui Nobilita-  
 tem virtute acquisiverant, eodem honoris titulo de-  
 nominabantur: quæ quidem Patritiorum denomi-  
 natio primitus illis tantum tribuebatur, quorum pa-  
 rentes, primum Romulus, postea verò & Tarquini-  
 us Priscus, mox Sextus Tullius Reges, ac in libera  
 Republica Junius Brutus, ad Senatoriam evexerant  
 dignitatem. Postea verò Julius Cæsar; mox Octa-  
 vianus Augustus & Tiberius Claudius, exhaustis vel  
 deminutis primorum parentum familiis, honestissi-  
 mum quemque, cui clari parentes fuerant, in Pa-  
 tritiorum numerum adsciverunt; Hinc Patriciatûs  
 dignitas §. 4. *Inst. quib. mod. patr. pot. toll.* item status  
 & ordo Patritiorum ad contradistinctionem Plebis.  
 §. 4. *Inst. de J. N. G. & Civ.* vid. Tranquill. *lib. 2. & Calp.*  
*Lex. Jur. cum ibid. alleg.* Illa tamen Patritiatûs dignitas  
 non



non solo clarissimo officio aut opibus, sed Summæ  
 Majestatis autoritate acquiri poterat, dict. §. 4. *Inst.*  
*quib. mod. patr. pot. solv.* Et cum plenior libertas, &  
 jus Comitiorum aureo annulo designabatur; vid.  
*Tot. Tit. ff. & C. de Jur. aureor. annul.* ita ad ingenui-  
 tatis dignitatem eveci, natalibus restituti diceban-  
 tur *tot. tit. d. Natal. restit.* Qui ita Senatoria vel  
 Patritiæ dignitate nobilitati, cum posteris suis  
 plenissimam immunitatem ac libertatem conseque-  
 bantur, & ad distinctionem Plebis ingenui voca-  
 bantur; *l. 1. C. de Jur. aur. annul. l. 1. 2. 3. de natal. re-*  
*stit.* non enim quibuscunque civibus denomi-  
 natio ingenui competeat, sed illis tantum quibus ex  
 proprio ingenio vivere licebat, nemini obstricti, &  
 qui ipsi majoresve illorum, servitutem nunquam  
 servierant, sed ipsi Reipublicæ præfuerant, vid. mul-  
 tis autoritatibus à *Calv. in Lex. Jurid. probatum, Inge-*  
*numum nihil aliud quam nobilem denotasse, qui, quod*  
*cetero nomine familiæ utebantur l. 9. C. de Liberal. Caus.*  
 alias Gentiles dicebantur *Calv. vid. ib.* Liberti verò in  
 signum libertatis pileo decorabantur *l. un. §. 5. C. d. Latin.*  
*liber. toll.* Quomodo vero Imperator Justinianus ex ple-  
 beja stirpe ortus, ac inde gloriæ Illustrium familiarum  
 infensus, cum suo Triboniano, natione Græco, avaritiæ  
 in summo gradu dediro &c. jura ingenuitatis ac civitatis  
 Romanæ ad omnes libertinæ & plebejæ conditionis  
 homines transferre nisus fuerit; vid. §. *ult. Inst. de*  
*libert. item l. un. C. de dedit. libert. toll. & l. un. C. de latin.*  
*Nobiles sem-libert. toll.* Nihilominus tamen semper distinctio in-  
 ter Patritios seu Senatores horumque liberos, ac ple-  
 beam remansit; ipso Imperatore teste in §. 4. *Inst. de*  
*Jur. N. G. & Civ.* quorum illi generali nomine Patritii  
 ac

*Ingenui idem  
 quod Nobi-  
 les.*

*Tribonianus  
 notatus.*

*Nobiles sem-  
 per plebi con-  
 tr. adstricti  
 sunt.*



ac in dignitate constituti vocabantur: Nobilitatis nomine in hoc sensu jure Civili adhuc incognito: nisi quod tandem illi, qui ex plebejo ordine ad Clarissimam dignitatem eVecti, Novi ac Nobiles nuncupati sint: ut sic, quæ de ordinis Senatorii, Patriciorum ac dignitatum immunitatibus in Jure Civili traduntur, non incongrue ad Nobilitatis jura referantur. vid. Calv. *Lexic. Jurid. voce Nobilis.* Excell. Dn. Thomas. *in Dissert. de Hominib. propr. & liber. Germ, Tb. 19.*

THES. VI.

Quod ad Germaniam nostram attinet, antiquos <sup>Nobilium</sup> ejus populos, quemadmodum sine certa forma Rei-Germano-<sup>rum origo.</sup> publicæ in barbara libertate aliorum rapinis vivebant, ita inter illos proprie nullam ordinum nobilitatis statuumve distinctionem fuisse quam liberorum & servorum, doctissimè, pro more suo, demonstravit Excell. Dn. Thomas. *in alleg. Dissert.* Plerique enim illorum, sine certo judiciorum ac Magistratum ordine viventes, tempore belli tantum Ducem sibi eligebant; qui exinde secundum ipsorum idioma *der Haer- Fürste* vel *Haer- Mann* vocabatur, quem hostes Romani, ita appellari audientes, ipsorumque Regem esse existimantes, Hariovistum vel Harminium, Artilam vel Teutonem &c. nominatos crediderunt: Et cum in tali prorsus libero statu Nobilitatis prærogativa vix locum invenire possit, Thomas. *dict. disp. tb. 57.* tamen negari non potest, quin etiam potentiores inter illos, qui magnis deprædationibus multos servos & clientes sibi acquisiverant, quos ex arce quadam montana, tanquam latronum speluncâ, defendebant, ac cum illis alios persequerentur, se-



se inter alios Noscibiles reddiderint : qui ex insignibus, quæ in scutis aut galeâ gestabant, vel ex arce sua montana denominati, tandem nobilium nomen obtinuerunt. De cujus nobilitatis origine quodammodo prædicari posset illud. Cornel. Agripp. *de Van. Scient. & art. C. 80.* Nobilitatem à mundo condito ex latrociniis plerumque ortum duxisse : ad quod Diomedis, piratæ cujusdam, ad Alexandrum M. dicta, ita refert : *Ego, qui uno navigio latrocinor, accusor pirata : Tu, quia ingente classe id agis, vocaris Imperator : si solus & captivus esses, latro eris : si mihi ad nutum populi famulentur, vocarer Imperator & c.* Pergit deinde : *me fortuna iniquitas & rei familiaris angustia, te fastus intolerabilis & inexplebilis avaritia furem facit. Si fortuna mea mansuesceret, fierem forte melior, at tu, quo fortunatior, nequior eris.* Postea verò, Carolo M. Germaniam subigente, ejus Imperatoria auctoritate quidam singulariter nobilitatis nomen obtinebant. Cluver. *hist. univ. p. m. 434.* eos enim, qui fortem ipsi operam navassent in subigendis Saxonibus, Nobiles creabat, quos **Gutmann** / quod virum bonum, qui multis profit, Heroem fortem denotat, vocare solebat.

THES. VII.

Origo Nobilium in Germania incerta.

Varia de origine & statu Nobilium magis in præsumptionibus, quam apodiëtica demonstratione, fundata, vid. Hippol. à Coll. Corn. Agripp. *de incertitud. & vanit. omn. scient. & art. c. 80.* Tiraquell. *de Nobil. c. 37. n. 157.* Spangenberg's **Adel-Spiegel** *Libr. 2. c. 7.* cum Limneo aliisque, qui omnes circa hanc rem minimè inter se conveniunt, studio relinquimus. Cum vero instituti nostri non sit, materiam hanc vel

ex



ex incertis antiquis fabulis Historicè, vel juxta diver-  
 sas formas Rerumpublicarum ac societatum civili-  
 um, problematicè tractare, sed tantùm ex Cathedra *Scopus dispu-*  
 Juridica singularia Nobilium jura investigare, cæ- *tationis*  
 tera, ab aliis abunde tractata, remittimus. Cum ve-  
 ro jura circa Nobilitatem, certis legibus contenta,  
 ex Germanorum institutis, sine incerta divinatione,  
 ambiguitate, imò partim absurditate, vix afferri pos-  
 sint, quæ tamen omnia vim cogendi (quod juris est  
 proprium) habere nequeunt, indubitarum verò sit,  
 quin Imperator cum omnibus statibus Imperii in  
 hoc aliquoties consensum suum declaraverint, quòd  
 in defectu certi juris statutarii, aliter non, quàm se-  
 cundum jus Civile Romanum, pronunciandum sit,  
 ad quod Assessores summorum judiciorum juramen-  
 to sunt obstricti, vid. *Kammergerichts-Ordnung.*  
*Form. Jur. Assess.* Ideo junctis quidem sanctionibus Ger-  
 manicis legibusque Imperii fundamentalibus jura  
 Nobilium ex Jure Romano corroborare ac demon-  
 strare allaborabimus: acturi: (1) quomodo Nobilitas *eiusque di-*  
 acquiratur, (2) quomodo conservetur & quænam *positio.*  
 Nobilibus prærogativæ competant, (3) quomodo ea-  
 dem amittatur.

THES. VIII.

Circa acquisitionem attendendum ad Autho- *Nobilitas à*  
 rem à quo Nobilitas acquiritur, & ad habilitatem *sola suprema*  
 ejus qui nobilitandus. Quemadmodum verò in omni *Majestate*  
 Republica fons omnis dignitatis à Suprema Civili *acquiritur.*  
 Potestate dependet, sic potestas, Nobilitatis dignita-  
 tem de novo alicui tribuendi, nemini, nisi summæ  
 Majestati, in Republica competere potest, præcipuè,



cum hæc clarissima dignitas tanta sit, ut & ipsi Principes non vereantur in illo ordine se computare, vid. *l. 8. C. d. dign.* & hætenus Jure Gentium obtinuerit, ut Nobiles alterius Regni extra Provinciã etiam pro talibus habeantur, dummodo vel generis antiquitate Majorumque virtute, vel Regia suprema autoritate Nobilitatem consecuti sint *l. 1. C. d. Jur. aur.*

*An Principes ann. & Status Imperii territoriali gaudeant, tantique sint subditis suis, quantum Imperator aut Rex in Imperio & Regno: sola provocacione ab aliquibus in certis causis civilibus excepta; cum tamen respectu totius Imperii ab Imperatore & Imperio dependeant, & sic conjuncti demum formam Reipublicæ, cujus Imperator caput est, repræsentent, poterunt hi quidem alicui subditorum Nobilem immunitatem ac privilegia, ab aliis ipsorum subditis agnoscenda, concedere, qui tamen exinde absolutam Nobilitatem extra territorium Principis prætere non poterunt, non quidem tantum autoritate Juris Civilis in *l. 1. 2. C. de Jur. aur. annul. l. 1. ff. d. Natal. rest.* sed etiam quod dignitatem in toto Imperio observandam concedere, ad reservata Imperatoris hodiernum pertineat; Cap. Joseph. art. 43. vid. Illustr. Dn. Coccej. in Juris Publ. Prudent. c. 23. §. 17. Illud tantum notandum, quod, cum per Nobilitatem obtentam aliquis eximatur ab ordinaria inferiorum Magistratum jurisdictione ac muneribus personalibus; vid. *l. 5. & 14. junct. l. 7. 8. & 15. item l. 10. & 17. C. d. dign.* statusque Imperii cæterorum subditorum suorum plebejorum & quasi in liber-*



bertina conditione constitutorum , quasi Patroni  
 sint; in illorum præjudicium sine ipsorum consen-  
 su nobilitatem ab Imperatore valide obtineri non  
 posse; *arg. l. 4. & 5. ff. d. Natal. restit.* Postquam ve-  
 rò Elector Brandenburgicus ratione Regni Borus- *Rex Borussiae*  
 siæ, vicinorum Principum ac Gentium acclamatio- *subditos suos*  
 ne, Summo Regio honore Tituloque fulget, nulli *ubique No-*  
 dubitamus, quin ille Regiâ sua autoritate, personæ *bilitate po-*  
 ipsius ubique cohærenti, non tantum Borussos, sed *testi?*  
 & alios ipsius subditos in Imperio Germanico, abso-  
 lute nobilitare possit; ut ita Nobilitati, ubique pro  
 Nobilibus haberi debeant; Quamvis ad evitandam  
 omnem dubitationem subditis provinciarum ad Im-  
 perium Germanicum pertinentium, tutius sit super  
 Nobilitate ita obtenta, edictalem Imperatoriam pro-  
 mulgationem ob vicina aliorum statuum territoria  
 impetrare. Quod vero Regi Romanorum & Vica-  
 rii Imperii, certis casibus eadem quæ Imperatori  
 competat potestas, à publicistis fute tractatum, tan-  
 quam satis cognitum omittimus, Comites vero Pa-  
 latinos, sine speciali commissione Imperatoria No-  
 bilitare non posse, pro indubitato habemus; Qui ve- *Per rescri-*  
 ro ad supplicas preces per rescriptum Imperatoris *ptum nobili-*  
 nobilitantur, hætenus, ordine illis cedere debent, *tati cedere*  
 qui Nobilitatem præsentibus ab ipso Imperatore con- *debent tam*  
 fecuti sunt, aut gentilitio jure eandem possident, *antiquis no-*  
*vid.* *bilibus, quam*  
*l. 2. C. ut dignit. ord. servet.* *præsentibus*  
*ab Imperato-*  
*re nobilitatis.*

THESES. IX.

Cum verò tanta, præ cæteris subditis, exemptio,  
 immunitas, tantaque sanctè ab aliis exhibenda re-





*Non nisi me-  
riti, nobilita-  
ri possunt.*

verentia, non nisi illis, qui de Republica optimè me-  
riti sunt, sine aliorum injuria concedenda sit; *Omnibus enim, iquit Seneca Libr. 3. de benefic. eadem principia eademque origo. Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt & nomina familiae suae longo ordine & multis stemmatum illigata flexuris, in prima parte adium collocant, noti magis quam nobiles sunt; meritò requiritur, ut de habilitate subditi nobilitandi prius constet: Quod vulgò dypomatibus inseri solet: Wegen der/Uns und dem Heil. Römischen Reich erwiesenen und noch zu leistenden nützlichen Diensten u. Unde, ne impetranti exceptio sub- & obreptionis obstat, de nobili ipsius virtute constare debet; præcipuè, cum in Capitulatione seu Lege Regia Potentissimi Romanorum Regis, Josephi, art. 43. contineatur, quòd non nisi optimè meritis nobilis dignitas conferri debeat. vid. l. 1. & l. 6. C. de dign. Tiraquell. de Nobilit. c. 22. v. 16. Nec enim solis divitiis vel pecunia nobilitas acquiritur: idem c. 7. n. 14. Quid enim absurdius aut perniciosius, quam dignitatem quæstu, ordinem pecuniis, nobilitatem opibus metiri: Non enim Nobilitas opinione nititur sed virtute, neque facilius Princeps solo beneficio ex ignobili Nobilem facere potest, quam ex stulto sapientem; inquit Hippolit. à Coll. dict. l. em Nobilita- tract. §. 12. Quamvis sola virtus citra Majestatis auctoritatem generis Nobilitatem civilem non conferat, cum virtus quidem sit Nobilitatis præsuppositum & principium, non verò civilem exemptionem tribuat.*

*Sola tamen  
Virtus civi-  
lem Nobilita-  
tem non con-  
fert.*



THES. X.

Inter illas Nobilitate dignas virtutes non immeritò primo loco ponimus magnitudinem animi, quæ <sup>Militaris</sup> fortitudo in periculis cernitur, per quam Respublicæ <sup>præbet cau-</sup> stabilitas confirmantur, hâc enim ratione Roma, Athenæ, Carthago & aliæ urbes ad tantum Imperii fastigium pervenerunt; sic duo Decii, sic Portius Cato, sic Marcus Marcellus, sic Iphicrates Atheniensis, sic alii nobilitati fuere, & plerique antiqui Germani Nobiles, hâc ratione nobilitatem consecuti sunt. Non enim eximia fortitudo, qua quis patriam sanguine suo defendit, intra latrocinia referenda, ut scoticus ille Corn. Agripp. <sup>Cam nobilitandi.</sup> dict. c. 80. præ-tendit; quamvis inter Barbaras adhuc Gentes magnis latrocinii Nobilitatem sæpius acquisitam esse huic Aurori concedamus. Potius qui ad defendendas provincias milite credito authoritate Majestatis destinantur vel vicem illustrium Magistrorum militum gerunt, meritò Genti suæ clarissimam nobilitatem acquirunt: *l. 2. C. d. Commil. rei milit.*

THES. XI.

Porrò, cum non minus Justitiâ quàm armis confirmantur Regna, ac Imperatoriam Majestatem non solum armis decoratam, sed & legibus armatam esse deceat, imò ex Justitiæ fonte ipsa Regia potestas orta sit, optimates exstiterint, Nobilitatisque principia fluxerint, manifestum erit, illos qui Justitiæ administratione Reipublicæ commodum promovent, Nobilitatis diadema mereri, quemadmodum Numa Pompilius, Lycurgus, Draca, Solon, multique alii ex antiquitate, Justitiæ cultu, Nobilem stirpem in multos



tos annos propagarunt ; quæ etiam ratio fuit , cur Imperatores Fridericus I. Barbarossa & Lotharius Saxo horumque successores de Justitia optimè meritis cum titulo Doctoris Nobilitatem conferri concesserint ; quod & hodierni ritus creandi Doctores per impositionem Pilei purpurati , traditionem anuli aurei &c. innuunt. Quæ Nobilitas olim tanti judicata fuit , ut tales Doctores non tantùm in quibusdam Cathedralibus imò Archi- Episcopalis Ecclesiis ad Canonicatus cum Nobilibus aliis admissi sint , vid. Freher. ad Petr. de Andlo. fol. 195. lit. b. sed etiam prærogativam inter alios nobiles obtinuerint. vid. Prauns Edles Teutschland *part. 1. c. 5. §. 81.* Postquam verò in Academiis ad conferendam Doctoris Juris dignitatem non tam ad merita Reipublicæ in Justitiæ administratione , quam ad aliqualem Jurisperitiæ cognitionem respici , ac sæpius dignus cum indigno ad Titulum Doctoris data pecunia admitti concessit ; ad Nobilitatem autem consequendam non sufficiat animum ad Justitiam colendam rectè componere , sed requiratur de Reipublicæ salute præ cæteris optimè mereri , quam proh dolor ! multj titulati Doctores , hoc nomine Vulgi vana persuasione magnam catervam clientum pro implenda illorum insatiabili avaritia quærentes , rabulistica sua arte magis destruunt , Doctorum Juris digitas , respectu veræ Nobilitatis , vilescere cœperit , ut hi non magis quàm Doctores Medici ( de quibus vid. Hipp à Coll. *dict. tract. §. 49. & seqq.* ) perfectam Nobilitatem obtineant , nisi quatenus simul illustri quodam officio in Comitatum Imperatoris vel Summi Principis recepti sint,

*Quod non ad  
quoscunque  
Doctores ex-  
tendendum.*



sint, arg. l. 1. & 2. C. d. Comit. Consistorian. & l. un. d. co-  
 mit. & tribun. schol. cum Tit. seqq. Sic in Gallia Sena-  
 tores & Consiliarios Regis eo ipso nobilitatem con-  
 sequi testatur Besold. libr. 1. Polit. cap. XI. §. 65. in fin. Officium illu-  
 quod de Imperatoris Germanici aliorumque Regum <sup>stire nobilita-</sup>  
 & Summarum potestatum Consiliariis Intimis, Impe- <sup>tem confert.</sup>  
 rii Aulicis summique tribunalis ac Archiatris non  
 immeritò tenendum arg. §. 4. Inst. quib. mod. patr. pot.  
 solv. & dict. text. quæ nobilitas tamen tantum est tem- <sup>Sed persona-</sup>  
 poralis, nec Gentem illorum, sinè specialiter im- <sup>lem & tem-</sup>  
 petratris nobilitatis insignibus, in perpetuum afficit; <sup>poralem tan-</sup>  
 vid Halbrid. orat. d. privileg. Dr. Matth. Stephani d. no- <sup>tum.</sup>  
 bil. pol. c. 4. n. 12. Quamvis æquum sit, etiam honoratio-  
 rum liberos, licet parentes natalibus Nobiles non  
 sint, aliqua generis claritate gaudere, vid. Brunnem,  
 ad C. Tit. d. dign. n. 13. in f.

THESES. XII.

Munificentia quoque & liberalitate, in Reipubl. <sup>Maximis be-</sup>  
 salutem exercita, multi ad summum Nobilitatis facti- <sup>neficiis erga</sup>  
 gium pervenere, maximis sc. beneficiis complures <sup>complures</sup>  
 civés obligando. Quâ ratione Pelos, Barbarus & ad- <sup>Cives officii-</sup>  
 vena, Tarquinius Priscus exul & ignotus, & recen- <sup>que aulicis</sup>  
 tior Cosmus de Medices, amplissimum Nobilitatis <sup>præstantiori-</sup>  
 nomen obtinuerunt. Idem statuendum de illis, qui ad <sup>bus nobilitas</sup>  
 summa Palatii officia e. gr. curicularia, quæstoria, aliavè <sup>recte compa-</sup>  
 domestica Summi Principis, non sinè magno splendore  
 adhibentur, vel ad provincias regendas mittuntur,  
 qui longa serie libr. 12. C. enumerantur: quæ offi-  
 cia exinde Adelicæ Chargen denominantur; vid.  
 Besold. dict. libr. 1. c. 11. §. 56. in fin. nisi hunc honorem  
 venali suffragio emerint; l. 1. C. d. perfectiss. dign.

C THESES,





*Mercatura  
ac omnes  
questus causa  
instituta ne-  
goriationes  
Nobilitati  
contraria  
sunt.*

Non solum autem opificia aliavé sordida, potissimum corporis ministerio expedienda officia, sed & quodvis ad quæstum privatum directum negotium Nobilitati prorsus repugnare, ex Romanorum verâ Philosophia manifestum est. Sic non tantum Mangones seu venalitarii h. e. qui servos venales sui lucri causa emebant vendebantque, inter viles personas reputabantur, sed & qui mercibus negotiantur, exinde mercatores dicti, *l. 207. d. V. S.* omnesque qui in privatum commodum certa negotia suscipiunt: veluti prædia conducendo, & ex fructibus lucrum quærendo, vel braxando, &c. (quales negotiatores vocantur, vid. ex Hottom. *Calvini Lex. Jur. voce Mercatores & voce Negotiatores*) ad Nobilitatem aspirare non poterant; *l. un. Cod. Negot. ne mil.* Quippe, quod non tantum privato commodo, cum aliorum circumscriptione, studere ac incumbere, virtuoso indignum sit ingenio, sed etiam tales homines passim mentiantur, pejerent, imponant, ac inde mercaturam patres censerint periculosam *can. qualitas de Pœnitent. dist. 5.* Unde illi, qui natalibus ac honore conspicui sunt, mercimonia exercere prohibentur in *l. nobiliores C. de commerc. & mercat. l. un. C. de perfectiss. dignit.* Cives enim Ingenui ac Romani in forti militia pro defendenda & augenda salute Reipubl. ac studiis altioribus, eidem fini inservientibus, Jurisprudentia sc. & eloquentia, omne decus quærebant, unde Quintus Mutius Servio exprobrabat: turpe esse Patritio & Nobili & causas oranti jus in quo versetur ignorare *l. 2. §. 43. d. O. J.* Reliqua verò quæ ad quæstum privatum tantum faciunt, plebi relinquenda esse, rectè judica-



dicabant. Quemadmodum enim plebeji Nobilibus, ob officia & curas pro salute Reipublicæ suscipiendas, reverentiam, obsequium & honorem exhibere tenentur, l. 8. C. d. dignit. l. 1. C. d. domest. & protector. similibusq; nec his quicquam de Nobilium juribus sibi arrogare licet; l. 1. C. ut dign. ord. serv. ita e contra iisdem per mercimonia, conductiones aliaque quæstuosa, victum à Nobilibus præripi, æquitati non convenit; vid. dict. l. 1. C. d. perfect. dign.

THES. XIV.

Apud Germanos, qui ut supra dictum, ex prædis *Eriam in* & spoliis primitus Nobilitatem potissimum quæsi- *Germania* rant, de cætero, illorum re privata in agriculrura & quæstuosa ne- *gotiationes* grege pascenda consistente, Tacit. d. M. G. cap. 5. quod *nobilitati* per homines proprios, adscriptitios & rusticanos ex- *obsunt.* pediebatur, sicut mercatura, si non prorsus, tamen maximam partem incognita, per eam Nobilitatem comparari non potuisse, eo certius est; Unde, deficientibus etiam hic contrariis Patriæ institutis, in Romanorum justa decissione hic meritò acquiescendum, ut quamvis negotiatores, monetarii, divites rustici aliivè, turpibus lucris ac privato commo cum aliorum circumscriptione inhiantes, post magnas acquisitas *Licet Mercator diploma Nobilitatis obtinuerit.* divitias, Nobilitatis rescriptum à Majestate impetraverint, tamen pro verè Nobilibus nunquã sint habendi, sed proprio consortio restituendi, per textum notabilem in l. 6. C. de dign. l. 3. §. 8. ff. de Jur. immun. Ubi tamen monendum est, quod copiosa mercatura & ampla, quæ non ad quæstum privatam, sed pro bono multorum civium & ingenti commo totius Reipubl. instituitur: (de qua vid. Auth. der Fürstlichen Macht: *Majores vero Negotiationes, pro* Kunst per tot.) sicuti illa Gentes sociat & communi-



*bono publico, Nobilitati convenient.* bus commodis subvenit, Nobilitati non contrarietur, sed retrò de mercatoribus dicta de privatis mercimoniis & propolarum curis, honesto viro indignis, quibus nihil proficere possunt, nisi sæpius admodum mentiantur, intelligenda esse vid. Luc. Opal. *d. Offic. Libr. 1. c. 3. part. alter. huc. fac. text. in l. 5. §. 3. ff. de Jur. immun.* in tantum quidem, ut Nobili ne quidem per alium tales indignas & privati quæstus causa instituendas negotiationes exercere liceat; vid. Limn. *in J. P. c. 17. §. 175.* ille etiam, qui principali rescripto nobilitatem impetraverat, si postea mercaturam exerceat, privilegium Nobilitatis iterum amittat. Vid. Joh. Fab. *in l. Falso. C. d. divers. rescr.*

THESE XV.

Omnes autem retrò enumerati in Nobili functione occupati, præsertim Aulici cujusdam officii, hætenus quidem propter celsitudinem Principis, cujus comitatu ac domesticis annumerantur, per *Tit. 2. & mult. seqq. libr. 12. C.* personalem Nobilitatem obrinent; (quod & ad domesticos officiales Celsissimorum Principum & Statuum Imperii pertinere non dubitamus) Gentis tamen suæ seu sanguinis Nobilitatem cum insignibus perpetuis sine singulari Imperatoris aut Summi Principis solenni indultu non consequuntur, per retro deducta: Rite vero obtentam Stemmatis Nobilitatem, ad liberos legitimis, tam post adeptam nobilitatem quam antea susceptos, recte transmittunt, *l. 7. pr. & §. 1. l. 10. & ult. §. fin. ff. d. Senator.* Cui quidem quoad liberos, ante consecutam à patre Nobilitatem, natos, admodum obstare vid. *l. 11. C. d. dign.* Sed verius est, in initio dictæ Legis antiquum jus circa tales liberos antea natos recensere,

*Nobilitas ritè quaesita in posteris conservatur.*

*Quid de liberis ante patris nobilitatem natis:*



ri, quod mox in vers. *cum autem* ab Imperatoribus emendatum; Vel potius initialia dictæ legis de illis liberis intelligenda, qui ante consecutam à Patre Nobilitatem ex familia ejus exierunt, & in conditione privata existunt, quod hi scilicet paternam nobilitatem non consequantur, secus ac illi, qui in sacris paternis adhuc constituti, cum patre quasi eadem persona censentur *l. fin. C. de Impub. substit. l. 22. §. 1. C. d. agric. & censit. §. 4. in fin. Inst. d. inutil. stipul. l. 16. ff. d. furt. l. 50. ff. ad SCT. Trebell. l. 56. §. 1. ff. d. fidejuss. vid. Struv. Synt. Jur. Civil. Exerc. III. th. 40. tutius tamen erit, si in Diplomate Nobilitatis à patre obtento, liberorum antea natorum simul fiat mentio.*

THESES. XVI.

De adoptivis major videtur esse dubitatio, propter *l. 5. & l. 10. ff. de Senator.* ubi expresse traditur, filium à Clarissimo seu Nobili adoptatum, patris nobilitatem consequi, ac non interesse qualiter adoptatus fuerit: Postquam verò natalium restitutio seu jus Nobilitandi tanquam reservatum Summæ Majestatis ad solum Imperatorem translatum est; *l. 1. 2. C. d. Jur. aur. annull.* tales adoptivos sine Imperatoris rescripto nobilitatem generis non consequi, statuendum viderur. Si verò filius Nobilis à patre ignobili adoptatus fuerit, illum Nobilitatem non amittere, sancitum in *l. 6. §. 1. ff. d. Senator.* cum nec per emancipationem factam Generis Nobilitas amittatur. *l. 7. ibid.*

THESES. XVII.

In specie verò de fœmellis tenendum, quòd hæc non tantum ingenuitatem, seu quod idem est, Inspecie non tantum ingenuitatem, seu quod idem est, Nobilitari potest.



*Filia virgo, Patris: nuptia. mariti nobilitatem sequitur.*

litatem ac natalium restitutionem ex singulari ratione de novo impetrare possint, *l. 4. ff. d. Jur. aur. annul. ubi vid. Gothofr. lit. m. junct. l. 3. ff. d. Natal. restituend. ac. l. 2. in f. C. d. Jur. aur. annul.* sed etiam a patre Nobili natae, quamdiu in sacris paternis constitutae sunt, nec ignobili nupserint, paternam Nobilitatem retineant; *l. 8. ff. d. Senator. junct. l. 10. ibid.* Nuptae verò dignitatem mariti sequuntur; ita, ut & ex ignobili stemmate nata, nobili viro juncta mariti nobilitatem consequatur: *dict. l. 8. ff. d. Senat. & l. 1. C. d. dignit.* quam nobilitatem etiam in viduatu retinet; *dict. l. 8. in f.* si verò postea ignobili nupserit, posterioris mariti conditionem sequitur, *l. 13. C. d. dign.* nisi de conservanda nobilitate vel anteriore dignitate, principale rescriptum impetraverit; *l. ult. ff. d. Senator.* Omnes tamen foeminae Nobiles ac Clarissimae, ratione praerogativae ordinis masculis ejusdem conditionis semper cedere tenentur, *l. 1. ff. d. Senator.* quod non ad externum aliquem cultum referri volumus, cum ratione hujus magis decorum sit, ex Apostoli Petri praescripto, sexui foemino honorem exhibere, vid. *l. Petr. 3. v. 7.* Sed si forte e. gr. in conventu statuum, foemina quaedam nobilis ratione feudi hereditarii aliove modo votum habeat, hujus votum non tantum ultimo loco post masculos requirendum, sed quoque si per suffragia foeminarum vota paria inveniuntur, illa praerferenda esse, quae masculorum consensu stipantur.

*Quam & vi-  
dua retinet.  
Postea verò  
ignobili jun-  
genda, impe-  
riali rescri-  
pto nobilita-  
tem confer-  
re potest.*

*Nobiles fo-  
minae viris  
Nobilibus ce-  
dere debent.*

THES. XVIII.

Non autem tantum per nuptias nobilis viri, uxor ignobilis nobilitatem consequitur, sed etiam nati



nati ex illo matrimonio absolutè pro nobilibus ha- *De natis ex*  
bendi sunt; cum partus quoad nobilitatem patris *ingnobilis m<sup>at</sup>*  
conditionem tequatur; *l. 19. ff. d. stat. hom. l. 1. §. 2. ff. ad. tre.*

*munic. l. 22. l. 36. C. d. Decur.* neque huic obstat, quod in  
Germania ad Canonicatus, præcipuè Cathedralium  
aut Archi-Episcopalium Ecclesiarum, alii non ad-  
mittantur, nisi qui per testes juratos æquè mater-  
nam ac paternam per aliquot generationes nativam  
ac illibatam nobilitatem probaverint: hoc enim non  
ad ipsam nobilitatem pertinet: **Ob sie nemlich an sich  
rechte Edelleute / und daher Adlicher Gerechtigkeit/  
Privilegien und Leben fähig seyen /** sed an tales sint,  
qui juxta singularia statuta illius Collegii, ad Cano-  
nicatum adspirare possint. Dum enim Germania an-  
tiqua ex Nobilibus ac libertis & servis constabat,  
quod prolixè prob. Excell. Dn. Thomas. in *Disp. d.  
hom. propr. & lib. Germ.* in prima conversione ad Chri-  
stianisimum Principalissimæ familiæ ad fundandas  
Ecclesias Cathedraliales ex propriis bonis fundos ac  
reditus contulerunt, cum hac condicione, ut non  
nisi posteri illorum per patrem simul & matrem  
procreandi ad fruitionem illorum reddituum admit-  
tantur, & dum in specie de certis illis fundatoribus  
jam non amplius constet; illorum jus, moribus & sta-  
tutis, ad illos translaturum, qui per certas generatio-  
nes utriusque lineæ, tanquam per legitimam præscri-  
ptionem, illud jus obtinuerunt. vid. *Besold. libr. 1. Po-  
lit. c. u. n. 53.* Illud adhuc singulariter notandum, quod

fœminæ Principes & Illustres, dum modo non pro-  
fus ignobili jungantur, nativam Clarissimam digni-  
tatem licet maritis inferioris ordinis nupserint, non  
amittent.

*Fœmine illu-  
stres inferiori  
Nobili juncta  
majorem di-  
gnitatem re-  
tinent.*



amittant; quam materiam ex professo prolixè tractavit Dn. Justus Wollrad Bode Director Cancellariæ Ducis Silesiæ in Oels / Dn. Præsidis frater in *Disput. inaugur. Fœmina Illustris.*

THESES. XIX.

*De Nobilitatis titulis.*

Hæc, à Genitoribus parta Nobilitas, olim peculiariter titulo Nobilissimorum, seu Hoch-Edelgebohrnen/indigitata fuit, vid. Carol. du Fresne in *Gloss. tit. Nobiliss. & Mauric. Disp. d. Nobilit. §. 2.* Praun. *Adeliches Europa c. 1. §. 32.* cui surrogatum hodiernum Wohlgebohrne / tanquam non ex plebe sed ab ingenuis parentibus natum designans. Quæ Gentis Nobilitas certo cognomine denotatur, quo omnes ad illam pertinentes utuntur; unde vulgò von N. sc. quod de ingenua & Nobili illa Familia oriundi sint. Unde & imagines majorum ponere, Nobilibus singulariter indultum; (apud majores, inquit Plin. majorum imagines erant, quæ spectarentur, expressi vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur publica funera, Et paulo post: *Alia in foribus & circa limitem insignium animorum ingentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emtori effringere liceret.*) Quibus imaginibus lucescerunt insignia gentilitia, quæ ut plurimum rerum præclare gestarum, vel scutorum, quibus Nobilitas parta, signa sunt. Vid. Hipolit. à Coll. *d. nobilit. §. 18. & 19.* Joh. Erasm. Seifart. *Nucl. Jur. Publ. Diss. 14. d. stat. nobil. c. 10. §. 5.* In publico verò statuam vel imaginem erigere, sine Principis auctoritate non licet; *l. 1. C. d. stat. & imagin.* unde olim in territorio e Ducis Brunsvic. Hanover. in Principatu Calenbergensi, alicujus præfecti, in memoriam reparata.



atarum ipsius cura viarum publicarum; erecta sta-  
tua, Principis mandato, destruebatur.

THESES. XX.

Quemadmodum verò majoribus officiis pro sa-  
lute Reipublicæ susceptis, Nobilitas comparatur; sic <sup>Nobiles non</sup> declinare  
nobili stemmate nati, oblata ipsis majora officia ac <sup>possunt, urbi-</sup> cas <sup>functio-</sup> nes  
honores, etiam in civitatibus subeundos, licet ipsi <sup>licet alias ru-</sup> rari degere  
majorum onerum declinandorum causa <sup>vari degere con-</sup> cat. <sup>muner.</sup> E contra vero Nobiles ab omnibus mu-  
neribus personalibus immunes sunt, <sup>l. 7. C. d. dignit. l.</sup> 7. ff. de <sup>vacat. muner.</sup> nec alias collectas, quam quæ a muneribus  
prædiis ipsis concessis cohærent, iisque antiquitus <sup>personalibus</sup> tamen immu-  
impositæ sunt, solvere tenentur. vid. Klock. de contri-  
but. cap. 12. In tantum ut & ad illa, quæ extra ordinem <sup>nes manent.</sup> etiam extra-  
imperantur, compelli non possint; <sup>l. 6. & l. 8. § 3. dict.</sup> ordinariis.  
<sup>tit. junct. l. 1. §. 2. & l. 4. ff. d. jur. immunit.</sup> de cæteris pri-  
vilegiis Nobil. vid. <sup>Limn. dict. tract. cap. 9. & seqq.</sup>

THESES. XXI.

Circa illa, quæ juris communis vulgò vocantur,  
optandum esset, Jctos nostros, antiquitatis Romanæ  
non satis curiosos, non ita promiscuè, jura potissimum <sup>Prærogative</sup>  
ingenuos ac nobiles respicientia, etiam cuivis ex ple-  
be, sine justa trutina indistinctè attribuisse, quæ non <sup>nobilium cir-</sup>  
ultima depravati nostri juris causa est. Sic enim <sup>ca jus com-</sup>  
e. gr. jura patriæ potestatis, per fori abulum, cum <sup>mune.</sup>  
obsequio quibuscunque parentibus debito, confusa, <sup>In Sp. de ju-</sup>  
non sinè absurditate ad quoscunque plebejos exten-  
duntur: Cum illa non nisi ipsis LL. Conditoribus <sup>re Patrie po-</sup>  
competere, satis clarè exprimatur in <sup>testatis solis</sup>  
<sup>d. Patr. Potest.</sup> ubi dicti Conditores sic disposuisse in-  
troducuntur, quòd ipsi (& sic non alii) <sup>Nobilibus</sup> libera-  
D <sup>competente.</sup> testa-



testate habeant, & talis potestas nulli alii competat; sub qua conditorum juris expressione, plebem eo minus comprehendi dici poterit, quo certum est, eandem post multa temporum intervalla & varias seditiones demum aliquam auctoritatem LL. condendarum accepisse, §. 4. in fin. *Inst. D. J. N. G. & Civ.* vid. *Calv. Lexic. Jur. voc. Senator SCTm. cum ibid. alleg.* Sic in Illustrium liberis adhuc observamus, quod illi, non nisi ex patris imperantis consensu, justas nuptias, ex quibus legitimi provinciarum successores nascantur, contrahant: Quod nepotes non in patris genitoris, sed in avi superstitis, potestate sint; Quod ipsis peculium seu *appanage* assignetur, ex quo concedens parens peculiotenus teneatur, similiaque omnia, Jure Civili de patria potestate disposita, in liberis Illustrium ex civili ratione locum obtinere: quæ non sine iniquitate sæpius ad plebejos indistinctè applicantur; quemadmodum hoc Dn. Præses in additionibus ad Illustr. Dn. de Rhetz *Meditat. ad Instit. Jur. tit. de patria potestate*, demonstravit.

THES. XXII.

*De jure te-* Sic testamentorum jura, ad solos illos, qui  
*standi nobili-* jus suffragiorum in Comitibus habebant, & quibus  
*um.* militiæ jus competeat, (hoc est qui vere ingenui  
 & Nobiles erant,) tantum pertinentia, postmo-  
 dum per abusum ad quosvis ex plebe indistinctè  
 extensa. Sic agnationum jura, tam in tutelis, quam  
*De Nobilium* fideicommissis & successione ab intestato, pro  
*jure agnatio-* conservando splendore familiarum Illustrium intro-  
*nis.* ducta, male ex æmula Justiniani correctione per *Nov.*  
*118.* tam inter Nobiles quam inter plebejos maxi-  
 mam partem sublata traduntur; quod, quam minus  
 rectè fiat, demonstratum à Dn. Præsede in *Dissert. de*  
*Succes-*



*Succeſſion. agnat.* Quæ, & multa alia ingenuitatis, jura hic proſequi, nec temporis ratio, nec diſſertationis ſcopus, nec ſubitò inſtans iter, permittunt, ſed prolixiorẽ tractationem requirunt. Illud tantum in genere hic notãſſe ſufficiet: jura ingenuorum ac natalibus reſtitutorum, patriciorum, ſenatorum, Clariffimorum, Illuſtrium, ſuffragii jus habentium, cœteraque pro conſervando nomine ac ſplendore familiæ introducta, ad ſolos nobiles, tanquam verè ingenuos, pertinere, relictiſ plebi juribus libertorum, commercio- rum & illorum, quæ ex Gentium moribus vel civili inſtituto ad tranſigendam communem vitam pertinent.

*Quenam ju- ra ad Nobi- les pertine- ant.*

*Quenam ad plebejos.*

THES. XXIII.

In ſpecie verò adhuc norandum, quod, quamvis prædium alicujus Nobilis, inferioris Magiſtratus ju- riſdictioni ſubjiciatur, *da ſolche nemlich Amt = ſeßig ſig/ ratione ſeyn*; tamen ſi nobilis, ipſius prædii dominus, ratione perſonæ, fortè propter contracta ſponſalia, commiſſum delictum, aliamve perſonalem obligationem conveniatur, aut tutela aliudvè munus ipſi deman- dandum ſit, illum ob excellentiam dignitatis ad ſuperiorem Magiſtratum, illius provinciæ Principis jura exercentem, rectè provocare, ac ratione horum juriſdictionum inferiori Magiſtrato non ſubjici. *l. 5. l. 14. C. d. dignit.* Item: quod Nobiles in illis cau- ſis, in quibus ab aliis fidejuffio exigitur, ultra ſimpli- cem promiſſionem gravandi non ſint; nec ſine ſpeciali mandato Principis aut Domini territorii incar- cerandi, ſed ad juratoriam cautionem admittendi, quam, ſi violaverint, omni dignitate privandi; *l. 16. § cogendi ſunt.*

*Nobilis, licet ſi Amt. ſeſe ratione tamen obli- gationis per- ſonalis, rectè ad ſuperio- rem Magi- ſtratum pro- vocat.*

*Nobiles non incarcerandi nec ad fide- jufforiam cautionem cogendi ſunt.*

*l. 17. ibid. vid. hic quoque P. H. D. art. 14. quod uſu non*



*Contrarius usus non potest probari.* non fervari, sine fundamento tradit. *Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. §. th. 24.* Cum vix probari possit, in eodem iudicio Nobilem, hac exceptione utentem, repulsum fuisse; quo cessante, merito Jus commune obtinebit. Potius in casu commissi homicidii Nobilem de *BOU-DEWELZ*, Principis Hassiæ rescripto, Rinthelii ad juratoriam cautionem admissum, eique ab ordinarii iudicii criminalis jurisdictione liberato, iudicium honoratum speciali commissione concessum esse, testatur Dn. Præses.

THES. XXIV.

*Gladus & arma solis Nobilibus competunt.*

Quemadmodum etiam in bene constituta Re- publ. ordo ubique sanctè custoditur, ac omni modo cavetur, ut concediti subditi illæsi custodiantur, sic non nisi per gravissimum abusum depravati seculi irrepserit, ut alii, quàm illi, quibus hoc specialiter concessum est, armis utantur; quod rationi & juri manifestò repugnat, vid. *Tot. Tit. C. ut arm. us. infc. Princ. interd. & Nov. 85. ubi cap. 3. in fin. pr.* expressè cautum, omnibus civitates inhabitantibus, privatis, ac villas incolentibus rusticis, penitus armorum usum sub gravissimis pœnis interdictum esse, in tantum, ut & Magistratus, in eo subditis conniventes, per hoc, jus cinguli (h. e. Nobilem dignitatem) amittere debeant, §. 1. *ibid.* E contra, qui vel propria antiqui stemmatis gloria, vel ex speciali Summæ Magestatis auctoritate, plenissimam libertatem, se suaque contra aliorum insultus defendendi, consecuti sunt, (quod porrectione gladii in actu nobilitandi indigitari solet,) hisce Scuti, Galeæ, Ensis, Zabæ, Sagittarum aliorumque, quæ ad profligendum hostem inserviunt, usus denegari non debet: cæteris, cultellis aliisque instrumentis fabri-

centi-



censibus, tantum concessis. *dict. Nov. 85. c. 4.* Unde quoque  
 interdictio portandi enses vel arma, tanquam signum  
 maximæ capitis diminutionis, ab antiqua nobilitate  
 Germanica, mortis pœnæ æquiparata fuit; vid. Lehmann.  
*Speir. Chron. libr. 2. c. 28. §. 5.* Sicuti verò gladius  
 alicui singulariter concessus, vel à Summâ Majestate  
 solenniter traditus, non pro forma, vel ut  
 tanquam in pœnam portari debeat, existimandus est,  
 potius privilegia & beneficia quam latissimè inter-  
 pretari oportet; sic talis armorum usus, Nobilibus  
 tantum concessus, sua natura involvit, ut illis pro pa-  
 triæ ac propriæ salutis conservatione uti liceat: & qui-  
 dem non tantum pro vitæ defensione in absoluta ne-  
 cessitate; cum sine singulari privilegio hoc cuique  
 concedatur. *l. u. §. 2. ff. d. v. i. pub. ac necessitas sub nulla  
 lege continetur; vid. Grot. libr. 2. d. 7. B. & P. c. 20. n. 8.*  
 huc facit *l. 54. C. d. decur.* sed & ut pro repellenda  
 instanti injuria ac offensione armis, publica auctori-  
 tate ipsis concessis, uti possint.

THES. XXV.

Quare, si Nobilis alapam, fustium ictus, aliamve <sup>Nobilis pro</sup> injuriam  
 realem, subito ipsi imminentem, aliter non, <sup>repellenda</sup>  
 quam turpi fuga, evitare possit, cum periculo alte- <sup>injuria reali</sup>  
 rius vitæ, in vaforem stricto gladio aliisque armis <sup>aliquem occi-</sup>  
 repellere, ipsi indulgendum; ut, licet alter exinde pe- <sup>dens, homici-</sup>  
 rierit, <sup>dii pœnam</sup> judicium capitale homicidii non incurrat: eò, <sup>non incurrit.</sup>  
 quod Majestatica auctoritate jure suo usus sit, æque  
 ac Magistratus, jurisdictionem contra aliorum insul-  
 tus armis defendens. Caveant verò Nobiles, ne, <sup>Nisi ansam</sup>  
 liti dedisse, aut ignobili actione implicatos fuisse, con- <sup>alterius in-</sup>  
 vinci possint; quo ipso omni suo privilegio excident: <sup>vastioni dede-</sup>  
*Can. Privil. 63. qu. 3. Caus. 11. & l. 12. C. d. dign.* Non enim <sup>rit.</sup>



agrestis licentia aut brutalis petulantia Nobilitati  
convenit, sed intra limites virtutis, justis ac æqui,  
sanctè custodiri deber. Quo observato, etiam gene-  
ralibus duellorum interdictis, assertionem addu-  
ctam, contrariam non esse, probavit Dn. Præf. in *Sel.*  
*Resol. Disp. 2. resol. 6.* Sic Nobili, extra viam ordinariam,  
per rustici fundum æquitanti, & in extremo ejus  
antro à latentibus ibidem rusticis per invasionem in  
capistrum arrestato, à quo rustici, non obstante ami-  
ca horum compellatione, ut gladium & arma pigno-  
ri daret, fustium ictibus extorquere ausi fuerant, do-  
nec ab eodem duo in vasorum, globulis trajecti erant;  
rectè à pœna capitis liberatus; è contrà barbitonfor,  
qui pro declinanda alapâ ac ereptione gladii aliquem  
occiderat, ad pœnam gladii condemnatus est. Cum  
ergò felicitas Reipubl. etiam hic accuratam legum  
custodiam requirat, inter laudes Sapientissimi Borus-  
siæ Regis, Principum optimi, non infimo loco ponen-  
dum, quòd Generalibus Edictis in omnibus suis pro-  
vinciis plebi ac in libertina vel servili conditione po-  
sitis, gladio ad ornatum privatum se armare, inter-  
dixerit; simul abutum armorum severis duellorum  
interdictionibus coërcere sollicitus fuerit;

*Exemplis de-  
claratur,*

*Laudabilis  
Sapientia ac  
justitia Regis  
Boruss.*

THESES. XXVI.

*Necessaria  
cautela circa  
observatio-  
nem edicto-  
rum de duel-  
lis.*

Quibus optimis sanctionibus eo felicius inhære-  
ri posset, si justitiæ administratores, à summis ad imos,  
ad refrenandam lascivam injuriandi petulantiam, di-  
spositioni Juris Civilis, non tantum in cujuscunque  
dicti vel facti, quod alterius existimationi præjudici-  
um afferre possit, prompta coërcitione, sed etiam in  
declaratione infamiæ illorum; qui injuriarum; con-  
demna-



demnati vel transacti fuerint, constanter quoque in-  
hærent: ita quidem, ut semel injuriarum convi-  
ctus, sine à Summo Principe post emendatam vitam  
impetrata existimationis ac natalium restitutione,  
tanquam infamis, ab omni publico confortio ac fun-  
ctionibus publicis excluderetur. Et quanquam non-  
nulli huic principio objiciant: sic plerosque ex juve-  
nili æstu infames fore, qui aliàs felicitatem publicam  
promovere possent: tamen, si ex lubricâ ætate inju-  
ria commissa, hujus mox pœniteat, hisce per restitu-  
tionem in integrum succurrendum; in aliis quoque,  
pro subitaneis affectuum motibus mitius consideran-  
dis, observanda regula Juris: *Quod in calore iracundia, vel  
fit vel dicitur, non aliter ratum habendum, quam, si perse-  
verantia apparuerit;* de cætero verò, ex unius vel alte-  
rius infamia notati exemplo, multi cautius versari  
nitentur cum ingenti Reipubl. commodo.

THES. XXVII.

Circa pœnas Nobilium ac verè ingenuorum *Nobilium*  
notandum, quod in effectum plenissimæ libertatis *prærogativa*  
nullis vinculis contineri, multò minùs tormentis ac *in panis.*  
fustium ictibus subjici possint, juxta effectum Apostoli  
*Act. 16, v. 37. c. 22. v. 24. sq. & l. 8. C. d. quest. l. 10. C. d. dign. l. 4.*  
*C. ad L. Jul. Majest. ubi vid. Brunneman. nisi post præce-*  
*dentem maximam capitis diminutionem, dardurch*  
*sie aller Ehren unwürdig erkandt / und als ein ge-*  
*meiner Knecht denen Banden unterworfen worden /*  
quod Romani deportationē vocabant, quam non nisi  
supremain Republica potestas in caput Nobilis ac in-  
genui irrogare potest. Unde, ad Nobilem incarceran-  
dum speciali Principis rescripto opus est, *l. 16. C. d. dignit.*  
& in-



& infames pœnæ Altioribus vel Nobilibus non dictandæ sunt; *l. 3. §. penult. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* quæ tamen omnia tum cessant, quando ut hostes Reipubl. deprehensi sunt, tunc eam sine speciali Principis indultu cuique privato manus in illos injicere fas erit, *§. ult. ibid.*

THESES. XXVIII.

*Nobilis tenetur clientibus suis in casibus necessitatis de alimentis prospicere.*

Tantam excellentem præfæce plebis Nobilium prærogativam ac partam majorum gloriam non nisi eminenti virtute conservari oportet, non tam fastuosa ambitione intolerabilem aliorum contemptum sectando, sed potius benefaciendo inferiorum amorem sibi conciliando; Quod Leges Romanæ tam sanctè custodiri volebant, ut inde cautum sit, si quis convictus esset, servum domesticum, clientem aut libertum in casu ægritudinis, conservationis vitæ aliusvè necessitatis deseruisse ac suppetias & alimenta denegasse, illum omne jus ac prærogativam in alterum amittere debere, hunc verò ab omni nexu erga pristinum suum dominum liberari & ad plenam libertatem venire; *l. un. §. 3. C. d. Lat. Libert. toll.* idem observando, si dominus vel Patronus sibi subjectos turpibus actionibus adhibere ausus fuerit, *§. 4. ibid.* Quod, ut & hodie, in honorem ac amorem Nobilium ac solatium Plebis ac libertorum accurata Legum observatione observaretur, summe optandum.

THESES. XXIX.

*Nobilitas quomodo amittatur?*

In genere verò Nobilitas, semel legitimè parta, non amittitur, nisi vel ex expressa legis dispositione vel singulari supremæ Potestatis rescripto, juxta Regulam: *Nihil magis naturale esse, quam unumquodque condere*



dem modo dissolvi, quo colligatum erat. Quoad legis dispositionem retro probatum, transugas ac Reipublicæ hostes nobilitatem amittere, unde in crimine læsæ Majestatis Insignia Nobilitatis publice confringi ac annullari solent. Circa alia vero privata turpia facta, distinguendum videtur, utrum quis hæreditaria avita dignitate gaudeat, an vero tantum personalem officii, aut noviter partam nobilitatem possideat; Posteriori hoc casu nobilitatem recenter acquisitam turpibus ac ignobilibus actionibus (si horum convicti fuerint) nobilitatem amitti, optime dispositum in *l. 12. C. d. dign. jnnct. l. 6. ibid.* quod in priori casu avitæ nobilitatis non obtinere, sed ad illam amittendam Supremam Auctoritatem intervenire debere, apparet *ex l. 16. & seqq. ibid.* Unde quoque, quamvis per deformia ministeria Nobilitas noviter parta iterum amittatur, *l. 6. C. d. dign.* Si tamen antiqua ingenuitate vel Nobilitate nati per adversitatem fortunæ eò redacti fuerint, quòd & operas suas aliis locare debuerint, per hoc illos ingenuitatis statum seu Nobilitatem non amittere, decisum in *l. 11. C. de Ingen. manumiss.*

*Ubi distinguendum inter nobilitatem avitam & de novo acquisitam.*

THESES. XXX.

Ex dictis facile resolvi poterit quæstio: An & quomodo Nobilitas præscriptione amittatur, & quomodo contra illam, renovationem (uti vulgò loquuntur) ab Imperatore obtinere possint? scilicet illi, qui Majorum Nobilitatem, non aliter quam magno aliquo & forte aurato Diplomate, alicui illorum concessio, probare possunt, dum nec ipsi, qui hoc Diploma primum obtinuerunt, nec successores illorum, eoque ab omnibus burgenibus negotiationibus, (i. e.

E

bitur





bürgerlichen Nahrung) abstinuerunt, nec quoque continuatis Nobilibus actionibus Nobilitatem continuo professi sunt, potius per quaesitam personalem dignitatē, fortē Doctoratus similem vè, ipso facto agnoverunt, sanguinis ac gentis Nobilitatem ipsis non competere, illi sane ex solo antiquo Diplomate, postea nativam Nobilitatem, quam vel nunquam habuerunt, aut praescriptione amiserunt, pretendere non possunt; sed si tales, ad Nobilitatem Majoribus olim concessam, ac eousque in usum non deductam, proclamare velint, novo Imperatorio Diplomate, in renovationem Nobilitatis, opus habebunt: Cum privilegium, quo acquirens uti, vel illud in successorem transferre noluit, a nepote vel posteris ejus falso pretendatur, potius illud non usu & contrariis actionibus prorsus amissam sit *per vulg.* E contra, si ex glorioso indisputabili Nobili stemmate nato infelicitas contigerit, ut inter Burgenses quaestu privato, negotiationibus, operarum locationibus aliisque Nobilitati non convenientibus lucris, necessaria vitae sibi suisque procurare debuerit, cujus posteris ad avitam dignitatem proclamare velint, hinc adversa fortuna parentum non oberit, quo minus plenissime pristinis natalibus restituendi sint, ita quidem, ut talis nova declaratio nativae Nobilitati non deroget. *l. 3. ff. d. natal. restit.*

THES. XXXI.

*Quid juris in  
liberis illo-  
rum qui no-  
bilitatem  
amiserunt,*

Qui verò propter delictum & turpia facta à dignitate remoti sunt, e. gr. Qui crimen laesae Majestatis commiserunt vel infamem poenam sustinuerunt, fortē fustibus subjecti, vel quòd tanquam infames ex territorio Principis prorsus ejecti & relegati sint, aut qui



qui à militia honestam dimissionem non obtinuèrunt, (die ohne Abschied von der Compagnie gejaget werden /) hi non tantum ipsi omnem nobilitatem amittunt, l. 2. §. l. 12. C. d. dign. & l. 2. 3. 4. ff. d. Senator. l. 12. §. 2. ff. d. judic. sed etiam liberi illorum postea concepti & nati ab avita Nobilitate prorsus excluduntur, l. 7. §. 1. ff. d. Senator. l. 11. C. d. quest. quamvis virtuosa vitâ & actionibus Nobilitati dignis novam Nobilitatem iterum consequi non prohibeantur. Equidem in dict. l. 7. ff. d. Senator. §. 2. generaliter decisum videtur, avum vel proavum Nobilem habenti, delictum & casum patris non nocere, hoc enim vel intelligendum de liberis ante illam calamitatem patris jam existentibus, quibus dignitas semel quæsitâ ob casum patris auferenda non est; l. 9. ibid. vel ad jus patriæ potestatis, avo adhuc viventi competens, referendum, ut scilicet nepos, à patre quasi ignobili natus, in avi verò Nobilis potestate constitutus, pro Nobili habendus, & sic tali, potiùs dignitas avi, in cujus familia est, profit, quàm obfit casus patris,

THES. XXXII.

Mantissæ loco adjicimus, An Nobilis, per infeudationem glebæ adscriptitiæ, darbey er sich zu gewissen Hoffdiensten verbindlich gemacht / quamvis per alios servitia illa expedire curet, Nobilitatem amittat; seu quod eodem recidit, si rustici vasallus fiat ac huic ad fidelitatem sese obstrinxerit, Nobilitatem amittat? quod contra DD. communiter statuendum non dubito, per l. 2. cum simil. C. d. dign. Nobilem enim reputationem prætere, ac rustico ad fidelitatis officia aliave obsequia obligari, prorsus incompatibilia sunt. Sicuti, e contra rusticum per acquisitionem



*Nec rusticus  
per Nobile  
feudum, no-  
bilitatem ac-  
quirit.*

nem feudi nobilis, Nobilitatem acquirere, absurdum existimamus, neque enim hic cum Doctoribus vulgò limitationem illam admittimus, si feudum, ab eo, qui jus nobilitandi habet, rustico concessum sit, sola enim hæc concessio sinè solenni personæ qualificatione, talem rusticum, non magis Nobilem facere poterit, quam emens domum consulis, exinde consul dici possit, res enim hominibus, non rebus homines accedunt, sed potius in tali casu, illud Tullii locum habebit: *O Domus antiqua heu! quàm dispari dominaris domino: Quod, ne nonnullis paganis Nobilibus, agrestem rusticitatem magis; quàm Nobilem virruten majorum suorum sectantibus objici posset, maximè optandum foret.* Et cum hic filum abrumpere cogar; festinatas has meditationes; benevolentia lectoris & nobili ipsius amori obnixè commendo.

DEO SIT LAUS ET GLORIA.



HEN-



**I**N bellis animosa manus, studia atque Parentes,  
Hæc tria, quod dicunt, *nobilitare* solent.  
Divinam toto Naturam pectore quære:  
Tunc demum verè *Nobilis* intus eris.


*Generos. Disp. Autori, ita  
gratulabatur*

**SAMUEL STRYKIUS, JCr.**  
Potentiss. Regis Borussiae Consiliar. Int.  
& Prof. Jur. Primar.

---

**HENRICUS BODINUS,**  
REGIÆ MAJESTAT. PORUSS. AD REGIM.  
ECCL. DUC. MAGDEBURG. CONSIL.  
ET PROF. JUR.

*GENEROSISSIMO DN. RESPONDENTI, CO-  
GNATO SUO DILECTISSIMO*  
S. P.

 **S**ic Te, ex illustri profapia natum, decet, par-  
tam eximia virtute à Majoribus Nobilita-  
tem, proprio clarissimo merito continuare  
ac propugnare. Non enim Tibi sufficere  
existimasti, ex illustri & antiquo stemmate illorum,  
qui nomine *Breitschwerdt* fulgent, Liberis Domi-  
nis in *Ehningen* / ac matre Baronesse de *BRUNINGK*,  
sanguinem duxisse, nisi & Illustris Domini Parentis

E 3

SA-



*SACRÆ CÆSARÆ MAIESTATIS* ut & *SERENISSIMI DUCIS WURTENBERGICI* *Justitiæ Consilarii*, Beati- que, de Tota Germania optimè meriti Avi, quon- dam illustrissimi Nobilis & Liberi *DOMINI DE BRUN- NINGK*, Consilarii Imperialis Aulici, vestigia sectan- do, Te tanta profapia dignum demonstras. Per quatuor enim mox exantlatos annos, quo ex bona fiducia erga me, dum, cum illustri Domina Matre, ab eòdem Avo spiritum duco, in nostrum Atheneum, ab optimis parentibus, transmissus es; quantum, in- ter gravissimos, quibus hic luctatus es, morbos, tibi licuit, ita studiis optimisque Nobilitati dignis artibus tam indefesso studio incubuisti, ut spes pulcherrima me foveat, fore, ut patria Tua, hostili calamitate retrò abhinc temporibus variè afflicta, in partibus Ti- bi credendis, aliquando felix futura sit. Maçte er- go porrò virtute Tuâ, & vade felicibus auspiciis, ut in Patriam redux, solatium sis illustribus Tuis Pa- rentibus, stemmatis Tui gloria, ac fulcrum Fami- liæ, sisque hic & in æternum beatus.

Stem-



**S**temmate qui claro, generoso & sanguine cretus,  
Ac virtute vigens exprimit ipse decus,  
Majorum; *Ingenii* nomen mihi iste meretur,  
Juraque præ reliquis *Nobilitatis* habet.  
Hæc quoniam erecta Tecum quoque mente volutas  
Exemplar dignum *Nobilitate* doces.  
Gratulor ergo Tibi. Si sic perrexeris, olim  
Et genus atque Tuum nomen ad astra feres.

CHRISTIANUS THOMASIIUS,  
Consiliarius Regis Borussia, Pro-  
fess. Jur. Ordin.

**S**Ein wehrtes Vatterland steht nun in Krieger-Flam-  
men/  
Und treibt das Ritter-Blut nur zu dem Degen'an.  
Noch glaubt Er / daß mit dem ein gutes Buch besam-  
men

In eben dieser Faust geführt werden kan.  
Er selbst macht uns davon die erste Proben/  
Denn seiner Ahnen Glanz sich zwar von Schwerdten  
schreibt/

Noch muß man seinen Fleiß auff unserm Pindar loben;  
Dardurch Er ienem auch die Feder einverleibt:  
Gott lasse beedes lang bey Ihm zusammen stehen/  
Und leite all sein Thun mit Seegens voller Hand;

Noch



Er lasse Ihn aniekt gesund von himmen' gehen;  
Und bringe Ihn vergnügt ins wehrte Vaterland.

Mit diesem Wunsch begleitet  
seinen wehrtegeschätzten Herrn  
Landes- Mann

Joh. Pet. Ludwig / D.  
Königl. Majest. Rath  
und Profess.

---

**V**irtutis calcare viam signareque docto  
Conatu, *ingenui nominis omen habet.*  
Hoc Tibi dum curæ: priscum *FELICITER* addo,  
Exoptans studiis fata benigna Tuis.

*Maximè Generoso & Eruditissimo Dn.  
Respondenti publicum eruditionis  
specimen ex animo gratulatur*

Joh. Friedemann Schneider/  
Ph. & J. U. D. Prof. Juris Extr. &  
Facult. Phil. Adjunctus.

---

**N**unc Patriam repetis nostram specimenque re-  
linquis,  
Ter, quater ut felix sis Tibi utrumque, precor.

*Nobilissimo Domino de Breitschwerdt,  
cum voto felicitatis unica nun-  
quam peritura apponere voluit,  
debuit*

M. Lucas Gothofredus Backmeister,  
Stuttgardia Württemberg.



















99 A 6922

VD 17

SB


ULB Halle

002 628 589

3









JU  
T

R


DN

REG

I

DN.  
SERE  
CONS

F



JURIDICA

BILITA-  
ERA IN-  
ATE,

ICENTISSIMO,  
PE AC DOMINO,  
ERICO  
MO,  
TORATUS ET PRO-  
HÆREDE, &c.&c.  
RIDERICIANA  
DE  
BODINO,  
SSIMI REGIS BORUSS.  
IN DUCATU MAGDEB.  
ORDINARIO  
AC COGNATO SUO  
ISSIMO,  
M. DCCIV.  
nis  
MAJORI  
tionis submittit  
eitschwerdt  
ob. Suev.

URGICÆ,  
RI, Acad. Typogr.

